

Psalterium pro usu chori.

*Calendarium Sanctorum (fol. 1—6'); Picturae deauratae (fol. 7—18');
Psalmi cum canticis biblicis et Ambrosiano, symbolo Athanasiano et litanis
Sanctorum (fol. 19—200).*

—
CODEX 63. olim signatus 4/14.

*Foliorum 118, 245 : 165 mm., lineis plenis exaratus saeculo XIII. rubricis
multisque rubris litteris initialibus necnon aliquot miniaturis distinctus, usu
vero diuturno non parum contritus. Inter folia 59. et 60. duo folia perierunt,
item unum inter folia 71. et 72.*

*Capitula et orationes seu collectae de tempore et de Sanctis
per totum annum.*

—
CODEX 64. olim signatus 4/10.

*Foliorum 145. 250 : 172 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. sub b. Fro-
wino abbe, quod probatur his versibus fol. 1 :*

*Omnibus iste bonis liber placet exameronis,
Quem matri Christi, pater o Frōwine dedisti.*

Codex sobrie rubricatus et unicā ,Frowinianā initiali litterā ornatus exstat.

*Exameron (Hexaemeron) beati Ambrosii Mediolanensis epi-
scopi. Libri sex.*

P. L. 14, 123—274. In fronte codicis occurunt versus sequentes:

*Insimul et solo fecit deus omnia verbo,
Post et eis tribuit quas species voluit.
Coelum cum terra primoque fuere creata,
Retulit ut Moyses, si legis invenies,
Hoc ait, aeternum ne quis credat fore mundum,
Vel sine principio, quod vetat et ratio.*